Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

desideria sua ambulantes · et os ilorum loquens superbiam ad admirationes personas questus causa. Vos autem karissimi memores estote verborum que predicta sunt ab apostolis domini nostri iesu cristi qui dicebant nobis · quoniam in novissimo tempore venient illusores secundum desideria sua ambulantes in impietate sua hi sunt qui segregant semetipsos animales · spiritum non habentes sanctum. Vos autem karissimi · super edificantes vosmetipsos sanctissime fidei vestre in spiritu sancto orantes · ipsi vos ipsos in dilectione dei servate · exspectantes misericordiam domini nostri iesu cristi in vitam eternam. Et hos quidem arguite iudicatos · illos autem salvate de igne rapientes. Alius vero miserimini in timore dei · odientes eam que carnalis est maculatam tunicam. Et autem qui potens est vos conservare sine peccato · et constituere ante conspectum gloriae suae immaculatos in exultatione in adventum domini nostri iesu cristi · soli deo salvatori nostro · per iesum cristum dominum nostrum · gloria sit et magnificentia imperium et potestas ante omnia secula · et nunc · et in omnia secula seculorum amen ·

Prologus

Apocalipsis iohannis cot hi verba quod sacramenta parvum dici · et pro merito voluminis laus omnis inferior est. In ubis singulis multiplices latet intelligen-

Prologus in apocalipsim

iohannes apostolus et evangelista · a domino iesu cristo electus atque dilectus in tanto amore dilectionis ab eo habitus ut incena super pectus eius recumberet · et ad crucem astanti soli matrem commendasset · ut quem in virgine novellentem ad amplexum virginitatis accinerat · ipsi et custodiendam virginem tradidisset. Hic itaque cum pater verbum dei · et testimonium iesu in patmos insulam portaretur · unde ab eodem apocalipsis postensa discribitur · ut sicut a principio canonis · i · libri geneseos incorruptibili est principio prenotatus · ita etiam incorruptibilis finis purgmen in apocalipsi redderetur dicens. Ego sum alpha et o · initium et finis. Hic est iohannes qui scens sibi supremum esse diem omnis sue a corpore commotans discipulis descendit in eos fossum sepulture sue locum omne que completa reddidit spiritum cum dolore mortis factus extraneus quia a corruptione carnis notatur alienus. Cuius tamen scripture dispositio vel libri ordinatio ideo a nobis plenissime exponitur · ut nescientibus manendi desiderium collocetur · et gentibus laboris fructus · et doctrina magisterii servetur.

Incipit apocalipsis.

Apocalipsis iesu cristi · quam dedit illi deus palam facere servis suis · que